

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

S ante A

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

go illum, qui hec fecerat, Rudium hominem majoris nostri in civitatem acceperunt.

Rufus, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Macr. lib. 7. Quiq; Rufus, Batulanoq; teacent. &c.

Rufinus, Vir Consularis à Fabricio Censore damnatus, quod decem pondo argenti apud eum inventa essent. Rufinus alter, unâ cū Stilicone & Gildone relictus à Theodosio seniore imperii administrator, pro tutela Arcadii & Honorii filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente: Rufinus vero in Oriente: omnes sanè cupiditate regni incensi, in suos principes arma converterunt: ex quo diversis modis oppressi perierunt. Exant in hunc Rufinum Claudiani poetæ invectiva.

Rufimaceriæ, pluralis numeri, Oppidum Campaniæ. Cato capite 22: Veniantur ad Rufimacerias numis centum octoginta, &c.

Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Actolotum, apud Liv. lib. 32. Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cujus & res gestas, & belli apparatus descripsit. Autor Appianus. Virginius Rufus, Orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus: Virginium (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius: Nam Virginius Rufus studia juvenum eloquentia, Musonius præcepit sapientiæ fovebat. Rufus Poeta Bononiensis, cujus meminit Martialis: Funde tuo lacrymar orbata Bononia Rufe, Et resonet tota planctus in Aemilia. Rufus, medicus insignis, qui sub Trajano principe floruit, multaq; cōscripsit, quorum nihil ad nos pervenit: sæpè tamen ab aliis testis citatur. Rufus, Cornithius sophista, quaquam divitiis & generis nobilitate pollebat: plus tamè ad ejus laudem dicendi gloria, linguæq; gratia contulit. Autor Philostratus.

Rullus, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quæ Cicero in Consulatu suo evertit. Hic, teste Plinio, libro 8, capite 51, solidum agrum Romanorum primus in epulis apposuit.

Rumina, sive Rumina, ut alii malant, dicta est dea quæ rumis id est, mammis: hoc est, pueris lactentibus præsidebat. [Ger. Die Göttin der saugenden Kinder.] cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civitate Dei. Var. lib. 2, de Re rust. capite 11: Nō negarim, inquam, idèd apud d. v. Romæ sacellum à pastoribus satam sicum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Cato de Liberis educandis, ut citat Nōnius: Hisce lacte fit, non vino, Cuning propter cunas, Rumina propter rumam: sic prisco vocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agri.

Ruminalis ficus, Vide in APPELL.

Runcina, item à Romanis Dea credita est, quæ runcioni præfessæ: cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civ. Quæ runcantur segetes: id est, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinam præfecerunt.

Rura, veteres incultos agros dicebant: id est, sylvas, & pascua. Ex libro variorum autorum de Limitibus.

Ruscino, nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, nō procul à montibus Pyrenæis: cujus meminit Plin. lib. 3, cap. 4. Vulgus Rusciniense hodie appellat.

Ruspina, sive Ruspina, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plin. lib. 5, cap. 4.

Rutheus, sive Rutheus, Populi Galliæ Aquitanicæ, Narbonensium provinciæ & Cadurcis contemini. Vulgò Rhodæ. Alii sunt Rutheus in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluvio: hodie Rusi dicitur de eorum regio Rusia.

Rutilius Geminus, jurisconsultus fuit sua ætate insignis: & Pontificalium librorum autor: Orator quoq; ut illa seiebant tempora, non contemnenda: cujus tamen orationes posteritati hordidæ visæ sunt & jejunæ. De hoc Cicer. in Bruto: Rutilius in quodam tristi & severo dicendi genere versatus, magnum munus de jure respondendi sustinebat. Sunt ejus orationes jejunæ, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panani auditor, propè perfectus in Stoicis. Hæc ille. P. Rutilius Cn. Manlii in Consulatu collega fuit, qui primus accitis in castra gladiatoribus, vitandorum, infectorumq; iduum rationem militibus tradendam curavit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Consule Cn. Manlii collega militibus est tradita. Is enim nullius ante se Imperatoris exemplum secutus, ex ludo Cn. Aurelii Scæuri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atq; inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit. Hic actus in exilium à patribus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi potestate facta, respondit illud quod à Seneca lib. 6, de Benefic. refertur: Malo ut patria mei exili erubescat, quam sedem mereat. Mar. Rutilius Cæsonius, teste Valerio cap. de Moderatione, iterum Censor creatus, in concione populû corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulissent, cuius majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctas ad judicium. Rutilius Lupus, Rhetor insignis fuit, ipsi etiâ Quintilianus cōmemoratus, cujus etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

Rutuba, Liguriæ fluvius, ex Apeanino fluens. Plinius libro 3, capite 5.

Rutuli, pen. corr. Ῥυτῶν, Antiquissimi Italiæ populi, qui Latii partem tenuerunt, Ardeæ proximam. Hi duce Turno adversus Aencam bella gesserunt, ut latè describit Virg. 6, postioribus Aeneidos suæ libris. Plin. lib. 3, cap. 5: Tam tenuis (inquit) primordio imperii fuere radices. Colonia sæpè muratis tenentur alii aliis temporibus, Aborigenes, Pelasgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

Rutupia, Britannicæ insulæ portus, apud Ptolemaum lib. 2, cap. 3. Vulgò Sandwich, aut Kochstee.

Rutupinum, pen. prod. Promontorium Britannicæ. Lucan. libro 6: Aut vaga quum Tethyr, Rutupinave littora ferent, Vada Calcedonios fallit turbata Britanno.

S

Sabi [NIO] sibi, em. Stephano. Ger. Die St. nigridi stat der Widen, sonst Nere, gnaht. Cinnam. regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam postea Cambyses à sororis suæ nomine, Meri en de nominavit. Hanc Nilus circumdant, in expugnabilem reddebat. Dicta Saba, sibi in omni, quod est colere & venerari: quia thus mittit, quo in sacris eius utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua in yherium significati: Hieronymus vero conversionem loquitur.

Saba, sive Saba, bza, bzum, em. ut Sabæus odor apud Colum. lib. 10. Thus Sabæum, ex Saba, Virg. lib. 1, Aen.

Sabæus, Aethiopiæ rex. Qui Ausim Aegypti regem fugavit, & illius regnum quinque ginta annis obtinuit, teste Herodoto lib. 1.

Sabæi, [NIO] sibi, em. Populi felicitis Arabiæ, diuina sylvarum fertilitate odoriferæ: quorum metropolis est Saba, quam Strabo lib. 6, Meriabam vocat. His proxima est (inquit) felicissima Sabæorum terra, quæ maxima ratio est. Apud hos thus & myrta, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba valde odorata, quæ quam rursus odor cito deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmarum, colore puniceo, ut in illa assidentes, quarum morfus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam, otiosi, segnesq; vivunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi salubres pronius alter alteri consequenti tradunt, nisi in Syriam atq; Mesopotamiam. Ab odoribus autem stuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum urbs, in monte jaceret a bonibus pleno. Sub regibus, qui judiciorum ac cæterarum rerum potestatem habent. Hædennus Strabo lib. 16. Hos Ioseph. lib. 1, à Saba Chusi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Strabo in 1. c. 1. quod est venerari, quod deos ipsorum thus venerarentur. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Idem 2. Georg. solis est thurea vinga Sabæis.

Sabaoth, Vide: SEBAOTH.

Sabatia Pomponio, sive (ut apud Plinium legitur) Vadium Sabatium, oppidum Liguriæ maritimum, olim nobili portu insignit. Hodie Savona.

Sabatra, Sabæorum oppidum in littore Maris rubri. Plin. lib. 16, cap. 29.

Sabastus, sive Sabastus, Bacchi cognomen, sibi in omni, quod verbum Phrygiæ, aliisq; nonnullis barbaris idem valet quod bacchari, sive bacchanium more saltare. Vide Cæsum Rhodig. lib. 7, cap. 15.

Sabe, Syrorum lingua mensis Februarius dicitur.

Sabelli, Populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marfos: olim etiam Samnites dicti, teste Plin. lib. 3, cap. 12.

Sabellus, a. um, Virg. 2. Georg. Hæc genus acre virum Marfos, pubemq; Sabellam.

Sabellus, id. ca, cum, Idem, Virg. 3. Georg. denterq; Sabellus exa coit sus.

Sabidius, Vir Romanus galæ deditus, plus vorabat quàm posset concoquere: quo circa ita scerebat ejus anima, ut nemo posset cum eo loqui: quem Martialis Epigrammate insidiat: Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare: Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura non ponderet persolvunt.

Sabina Poppæa, T. Ollii filia, & Poppæi Sabini uxor, quam Nero Othoni nuptam, à viro abduxit, illo per seipsum huius in Lusitaniam legato: deinde & matrimonio lib. consiliis repu-

Salaris via. Ea dicta est quae ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari deferabant. Plin. lib. 31. cap. 9. Sicut apparet ex nomine Salaris viae: quoniam illa sal in Sabinos portari consueverat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 2. Nosti materterem meae fundum in Sabiniis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma.

Salaris, apud Ptolemaeum lib. 3. Populi sunt sub Insulubris: hodie *Marchia Saluta*.

Saldæ, colonia, Mauritanie Caesariensis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptol. lib. 4. cap. 1. Creditur esse ea, quae vulgò *Algeriam* vocant, regnù Ariadeni Barbarossie, Turcicae classis praefecti.

Salentini, *σαλεντινός*, Populi sunt in finibus Ital. & proximam Apuliae peninsulam incolentes, quae est inter Tarentinum solum, & fauces Adriatici prostrata, circa Brundisium, & Rudiaz, in isthmum contracta, latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremis ejus peninsulae finibus sito: quod & *ἡγεμὴν ἰσχυρίας* appellant. Festus tamè à solo dictos mavult, fortassis ob id, quod pendè circumquaque mari ambiantur, tenui tantum isthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illytiis, qui societate cum Locrensibus in Italia, in locis confederant.

Salentinum, pen. prod. *σαλεντινός* Ptolemaeo, Promontorium est extremum totius Italiae, quo illa quam longissimè in mare excurrit: quod alio nomine *ἡγεμὴν ἰσχυρίας* Graeci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Sale, Segnum est Mizoniae, eodem in loco in quo olim Sippulum, totius regionis caput, terrae hiatus defecit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

Salerum, Picentinarum oppidum in Italia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

Salsa, Fluvius est Hispaniae ad oram Britannici maris, à quo Salici accola dicti, quos Salinos Ptolem. lib. 2. cap. 6. nominasse existimat Hermolaus.

Salii, orum, Germaniae populi, qui & Franci dicuntur, ejus regionis incolae, quae vulgò *Francica* vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Constantino scribens: Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Fracos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluvio. Fracia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mæno, Radiantia, Aelio, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occuparunt, Franciamque de suo nomine appellarunt. & Ab his Salii putat Aelianus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Franciam.

Salii, [*σαλῖος* Ger. *Salien* Martii so umb dia *Stede tangeten*] Sacerdotes Martis: sic dicti, quod in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 4. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosque Luperos. Lanigerosque apices, & lapsa Ancilia caelo Extruderat. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numa item Salios duodecim Martio Gradivo legit, tunicisque pictae insignie dedit, & super tunicam aenei pectori tegmen, caelestiaque arma, quae Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, solenniisque saltatu iussit. Cic. 5. de Oratore: Non neglecta, ut mihi videtur, à Numa rege doctissimo, majoribusque nostris, ut epularum solennium hères, ac tibiis, Saliorumque, versus indicant. & Vocatur etiam Salisubfali à Catullo Epigr. 17 ad Coloniis: Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, in quo vel Salisubfali sacra suscipiunt.

Salii, saliare, [*σαλῖος* Pol. *Saliz* *ἰσχυρίας*] Quod ad Salios pertinet: Unde Saliares cenae appellatae sunt, quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosae cenae, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Horat. 1. Carm. Ode 37: nunc Salianibus Ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horat. 2. Epist. 1.

Salicippium, Sic dictus Calvus orator, qui cum vidisset inquit Seneca in 4. Controversiarum à clientibus Catonis rei sui Polionem Asinium circumventum in sorte, imponi se supra Cippum iussit: erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illud Salicippium dictum. Catullus:

Ri nescio quem modo in corona,
Qui cum missis, Vatiniana
Meus crimina Calvus explicasset,
Admirans ait hæc manus quæ tollens
Dii magni Salicippium dixerunt.

Salinae, arum, Vrbs Siciliae, juxta Lilybaeum, palmis abundans. Sunt & aliae non paucae ejusdem nominis urbes à salis fontibus nomen sortitae, inter quas minime convenit praeteriti quae apud Sequanos visuntur, & structurae genere, & salis proventu adeo admirandae, ut non immerito octavum sibi locum inter orbis miracula possint eo dicare.

Salinator, otis, *σαλινατορ*, Dicitur est M. Livius Claudii Neronis in Consulatu collega, propter vestigal, quod novum ex Salaria annonae commentus est in Censura.

Salisii, *σαλῖος*, Populi Alpini, Boiis, Helvetiisque finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitrat.

Saliuncanus portus, Maritimum Gallie Celticae oppidum in parte qua Britanniam insulam spectat. Auctor Ptolemaeus lib. 2. cap. 8.

Sallustius Crispus, Nobilis historicus, atque adeo, Martiale etc. totius Historiae princeps fuit, Ciceronis coetaneus, cuius acerimus fuit inimicus, ut ex utriusque, in vestris constat. Vide CRISPVS.

Salmantica, Ptolem. lib. 2. cap. 5. oppidum est in Orientali tractu Lusitaniae, in Hispania Vettonum. Vulgò *Salamanca*.

Salmacis, [*σαλαμακίς* Ger. *En Brunnen im Lande Caria*] Fons in Caria, juxta Halicarnassum: quo veteres crediderunt lavandorum corpora effeminari. Ovid. 15. Metam. Cui non audita est obscenae Salmacis unda? Strabo lib. 14. Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim molities non videtur ab aere, vel ab aqua proficisci, quum ea minime sit causa mollietis, sed divitiarum, & victus incontinentia.

Salmacides, da, dum, denominativum à nomine Salmacis: ut Salmacida spolia apud Cic. ex Emulo. Plin. lib. 31. cap. 5. Naminifas, atque Salmacidas & feculentas in desertis, Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt: quo tamen in loco nonnulli legunt Salmacidas, putantque Salmacidas aquas dici, quae salis saporem referunt.

Salmoneus, *σαλμωνεύς*, Acoli filius fuit, & rex Elis, qui quibus divinis sibi honores petulantius quaereret, Iovemque, struendo ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detrusus est. Vide Servium in illud Virg. 6. Aen. Vidi & crudelis dantem Salmonea pomas, Dum flammis Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

Salmoneus, Salomonus, Filia Salmoneus est, Tyro. Propertius lib. 1. Non sic Aemone Salomona mixtus Enipeo Thracius, etc.

Salo, Salonis, Fluvius est apud Celtiberos, non procul à Bilibi oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martial. lib. 10. Auriferumque, Tagum sitiam, pariumque, Salonen.

Salomon, live ut alii malunt, Solomon, *σαλωμών*, Nomen sapientissimi Iudaeorum Regis: quod si inciperetis, *Salomon* sonat. Filius fuit Davidis ex Beriseba, qui patri in regnum successit. Deoque optimo maximo templum primus edificavit. *ἡγεμὴν ἰσχυρίας*, salomonia, salomonii, possessivum: ut templum Salomonium apud Iacynthum.

Salon, *σαλών*, Regio Bithyniae, pascendis bobus idonea. Vide & Salonenis caesus, *σαλωνεύς* Straboni lib. 12. Vulgò *Salon*.

Salona, salonarum, *σαλονάριον* Stephano, Vrbs Dalmatiae, olim capta ab Asinio Pollione, à qua & fluvium saloninam appellavit. Lucanus: Qua maris Adriatici longas ferit ora Salonas.

Saloninus, pen. prod. Pollionis filius, sic dictus à capta parte Salonis Dalmatiae civitate, auctore Servio. Asinius Pollio, *σαλονίος*, ductor Germanici exercitus, quum post capta Saloniae Dalmatiae civitate, primò meruisset lauream, post etiam Consulatum aditus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta civitate, Salonium vocavit: cui nunc Virgilius Geothliacon dicit. Huic constat natum fuisse statim: quod parentibus omne fuit infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est.

Salpiae, Ptolemaeo lib. 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Salpina, Palus in Apulia, juxta Salpian civitatem meretricio amore Annibalidis inclutam. Lucanus lib. 5: Quos recepit Salpina palus.

Salpiae, pen. prod. Fons in finibus Narbonensis Galliae, aquis salis fluxus, circa arcem Hispanorum munitissimam, quae vulgò *Sancti* dicitur.

Salpiae, Populi sunt juxta Pontum Euxinum, postea *σολομῶνας* à tenuitate victus appellati.

Saltares insulae, in Nymphæo sitae sunt: ita dictae quod ad istas saltantium moventur. Plin. lib. 2. cap. 93: Sunt & in Nymphæo parvae insulae, Saltareae dictae: quoniam in symphonia cantu ad istas modulantium pedum moventur.

Salvia mater Apuleii, & Est & Salvia, Triacetosium oppidum, in quinta regione Italiae: de quo Plin. lib. 3. cap. 33.

Salyes, salyum, [*σαλῖος* Straboni & Ptolemaeo. Ger. *Der Bitter* *Wasser* *Wismuth* in der *Provins*] Populi sunt Narbonensis Galliae, Liguribus finitimi. Plinius ramentum Salyos vocat. Liguriae eos adhibent, Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyi.

Samaria, [*σαμαρία* *σάμαριον* Stephano. Ger. *Der Hauptst. der jeh. Stamm* *Israels*] Palaestinae regio est, Galilaeae & Iudaeae contigua: oppida habens Neapolim, antea Mammotham, Sebastein, & Gamalsam. Vide Plin. lib. 5. cap. 33. Stephano item Samaria, regionis hujus urbs est, eodem cum ea quae postea Neapolis est appellata. & Gentia sunt, Samaritana, & Samaritanus, *σαμαριτῆς*, *σαμαριτῆς*.

Samarc bini.

Samarobrini, ... Eae: ut populi in Gallia inter Belgas, apud quos Caesar Gallorum concilium indixit. Horum civitas est Samarobrina, à Samara amne nomē habens. Hanc Cameracensem esse urbem nonnulli autumant, quā Scaldis fluvius interfuit. Vulgō Cambray. Constantior tamen opinio est, urbem esse Novioduno vicinam, quam vulgō Saucis Quintini dicunt. Hanc enim praeterfuit Samara fluvius.

Sambicus, ... Famoli sacilegi nomen, qui quum Diana & immita sanum aliquoties expulisset, tandem deprehensus, annum perpetuū in quaestione, tormentisq; habitus, miserimo mortis genere excarnificatus, sacrilegii poenas luit. & Hinc factus est locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciat.

Samiē, ex, ... Insula ante sinum Ambraciū, quae & Samoē, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulae, à Romanis dirutum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Samnites, pen. prod. ... Vulgō Abbruzzi, Populi in Samnio, quod nunc Apurtium vocamus: quae regio est Italiae inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Urbes in ea sunt, Adria, Aqualia, Amsernum, Sulmo, Otona, Arpinum, Aquinum, Aina, Beneventum, Cosinum lidem & Sabelli dicitur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, quum adversus Umbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria potirentur, se illi consecratos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum se bene gesta in patriam redissent, cum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasset. Quos deinde, quū adolevisent, duce Tauro in Campaniam ad sedes novas quarendas emisert: ubi nullo propemodum negotio ejectis Opicis, sedes suas collocauit: originisq; suae memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum sobolem appellarunt. Hi gravissima olim bella cum Romanis vario eventu pesserunt. Sp. Posthumium Consulē, cum collega, totoq; exercitu ad Farcas Caudinas locorum angustia circumventos, ex fœdere sub jugum miserunt: quam tamen ignominiam Romani nō ita multo post magna illorum clade deleverunt, Samnitibus vicissim sub jugum missis. Postea quum saepius rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis praeliis fracti, quum ne sic quidem jugum fette possent, funditus sunt deleti.

Samonium, Cretae insulae promontorium, Rhodo adversum, sicut contrario litore Cyrenas versus aegaei prominet. Auroi Pomp. Mela, lib. 2.

Samos, ... Vulgō Samo, Nomen duarum insularum: quarum altera Ioniae adiacet eregione Ephesi, ambitu LXXXVII. M passuum, lunoni dicatissima, quod in ea nata fuerit, & educata, & Iovi nupta, Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, ibiq; antiquissimum fuisse lunonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & una ex Sibyllis, quae inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo praedixisse: Tu enim filia IVD AEA Deum tantum non cognovisti, ledentem mortalium mentibus: sed & Ihuu coronasti, horridumque fel miserabili. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregie ex creta efficta, quae Samia vocabantur. Altera sita est eregione Epiis, non procul à sinu Ambracio, quae & Cephalenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonii in Augusto: Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hae insula brevissimo maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homeri, Odyss. lib. 14. E'ν περὶ τῆς Ἰπλίας τῆς ἀπὸ τῆς Ἰωνίας τῆς ἐπὶ τῆς Ἰωνίας. Eadem & Same, quae, aliquando appellatur, per primam nominum declinationem. Homerus loco jam citato: Ὁμοῖον δὲ ἰστίον ἐπιχωρίον ἔχει διὰ τὴν ἰστίαν, ἡμῶν τε, & ἰστίαν Ζακύνθου. Virg. 3. Aen. iam medio apparet fluctu numerosa Zacynthos, Dulichiūq; Sameq; & Neritos ardua saxa. Fuit & Samos, five Same, oppidi nomen in eadē insula à Romanis dirutum. Strab. lib. 10. Quoniam quum insula sit tetrapolis: id est, quatuor habeat urbes, ex his una est quae Samus, five Same dicitur, utroq; usitato vocabulo, ipsi etiam insulae communi. Et paulo post: De Cephalenia verò quae est tetrapolis: id est, civitates habet quaternas, neq; huius temporis nomine dixit, neq; ulla de civitate, una tantum excepta five Same, five Samo: quod oppidum hodie deletum profertur est. Plin. lib. 4. cap. 12: Cephalenia quondā Melqua dicta. X. I. M. pass. abest circuitu pater XLIIII. Same diruta à Romanis, adhuc tamē oppida tria habet. Ex his satis constat vnam eorū esse differentia, qui insulam, Samon urbē verò, Samen dicendam contendunt. Ab hac Same deducitur gentile Samæus, quum à Samo Ioniae insula, Samius deducatur. Est & Samus, cognomē Threicia, quae & Samothracia dicitur: de qua vide paulo post suo loco.

Samiūs, a, um, ... Quod est ex Samo insula: ut Pythagoras

Samius. Vas Samium. Plautus Captivis: Samis vasis utitur. Cicero pro Murena: Atq; ille stravit lectulos exposuit vasa Samia. Aufonius de Agathocle: Fictilibus coenasse ferunt Agathoclea Regem, Atq; abacum Samio sepe onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolute. Cic. 6. de Repub. ut citat Nonius: Muneta Pontificum diis immortalibus grata sine Samio. A utor ad Herennium, lib. 4: Nos Samis delectabimur. Samiōlūs, a, um, diminutivum: ut Samiolum poterium. Plautus Stichus: batio cis Bibunt: nos nostro samiole poterio, tamen vivimus.

Samiōlāt, a, samofata, ... Vrbs Comagenes ad Euphratem, Luciani Sophistae patria: itagnū habens litum quendam gignens, quam maliam illi appellant: cuius tam admirabilis est natura, ut aqua accendatur, nec nisi terra resingatur. Hoc limo Samofatae urbem suam Lucullo oppugnante defendebant, hostes unā cum armis exurentes, ut est auctor Plin. lib. 2. cap. 107.

Samiōthraci, five Samothrace, ... Stephano, Sarmathraci, Insula est maris Aegaei, Thraciae adiacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Trajano, qui Palladium secum ferens: eò traditur confugisse. Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virgil. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum quae nunc Samothracia fertur.

Sanates, Dicitur sunt qui infra, supraq; Romam habitaverunt: quod nomen is fuit: quia quum defecissent à Romanis, brevi post rediere in amicitiam, quasi post sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est: ut idem juris esset Sanatibus quod foribus: id est, bonis, & qui nunquā defecerant à pop. Roma. Hæc Festus.

Sanatus, Phrygiae oppidum Apolloniae metropolis, teste Strabone lib. 12. Ptolemaeus Samia appellat.

Sancūs, Dei nomen quoddam, cuius meminit Ovid. Quarebam nonas Sanco: Fidionem referrem, An tibi Semo patet. Intelligo autē ex Varrone de ling. Lat. hunc deum idem esse, qui alio vocabulo dicitur Deus fidius à Latinis & à Graecis Hercules. Putabant, inquit, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Graeca.

Sandaliōtis, ... Sardinia insula denominata est, ab effigie sandali: hoc est, soleae: unde & nonnulli Ichneusam, vocant, à similitudine vestigii, quod Graecè ἰχνη dicitur. Plin. lib. 3. cap. 7: Sardiniam ipsam Timaeus Sandaliorin appellavit ab effigie soleae, Myrsilus Ichneusam à similitudine vestigii. Vulgō Sardegna.

Sandānis, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Creso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. lib. 1.

Sanea, Vrbs Indiae gentile, Saneus, Steph.

Sangis, ... Cantabrorū fluvius, in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Sangis praeterea est servi nomen apud Terentium in Eunucho.

Sangarius, ... Vulgō Zageri. Fluvius est Asiae, alio nomine Coralis dicitur in Didymo monte nascentis, & per Phrygiam, Bithyniamq; in Pontum illabens. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. Ptolemaeus Sagatium appellat, Ovidius Sagatim. Vide supra suo loco.

Sannūs, Quod hic pro Asiae quodam lacu corrupte legebatur, vide SINNAVS.

Santonēs, & Santoni, pen. corr. ... Ger. Wörter in Langensheim 1791 Xantong. Populi quidam Galliae Aquitanicae, non longe à Tolosano sinibus, quae civitas est in provincia Romanorum, ut Caesar lib. 1. Commentariorum scribit. Lucanus lib. 1. gaudetq; amoto Santonus hoste.

Santonēda, a, um, adject. Iuyen. Satyr. 6: Tempora Santonica velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cum s.

Santonum portus, Galliae urbs est, ad Oceanum, teste Ptolemaeo lib. 2. cap. 7. Vulgō la Rochelle. Ger. Ein Westhafen in Ostfriesland.

Sapax, ... Thraciae populi sunt ad Nestum amnem, quorū meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Sapires, pen. prod. ... Steph. Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, vocantur dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

Sapis, Fluvius Italiae in Flaminia prope Cefenam urbem, auctor est Plin. lib. 3. cap. 15. Est & Sapis Galliae Cisalpiniae fluvius Senogalliam urbem subterlabens, iuxta quam & Ifausus fluit. Lucan. lib. 2: Cuiusmodiq; rapax, & iunctus Sapis Ifauro. Vulgō Albi in marca de Ancona.

Sappho, ... Insignis poetria fuit carminis inventrix, quod ad ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum una Eresia, quae & antiquior, Lyrica, qua tempore Alcaeus claruit, Terplichorus, & Pittacus, tempore Tarquini Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera

Saronem fuisse regem, qui illic Aetoliae marinae regioni imperavit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sarpedon, penultima producta, Sarpedonis, penultima correpta, *σερπεδών*, teste Homero, lib. II. ad. 16. Iovis filius ex Laodamia Bellerophonis filia: aut, ut Herodotus tradit in Polymnia, eiusdem Iovis filius ex Europa, & frater Minos. Hic quum Lycia rex esset, & in armis strenuus, Priamo supplicasset, tulit adversus Graecos: ubi quum multa edidisset virtutis suae documenta, tandem a Patroclo est interfectus. Corpus autem eius Iovis iussu ab Apolline in medio pugnantium sublatum est, & flumine ablutum, ambrosioque reiperum liquore, ac regia indutum veste, ad exequendum funus suis restitutum. Virg. lib. 1. Aeneid. Saevis ubi Aetacidae telo jacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Est & Sarpedon, Ciliciae promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam a Pamphylia distinguit. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Ciliciae.

Sarra [*Ἰβήρα*]. German. Die gewürsthat Tyrus in Phoenicia greges. Vulgo *Petra de Sar*. Nomen civitatis, quae praeter Tyrus dicta est: a qua Sarranum ostium est nominatum. Sed id quoque nomen a pisce quodam accepit, qui illic abundat, & *far* illa lingua vocatur, ex cuius sanguine fericum in purpuram tingebatur.

Sarranis, *Ἰσραήλ*, *Ἰσραήλ*, *Ἰσραήλ*. Tyrus: unde Sarranis vestes dictae sunt, quae & ostreae, purpureae, quod Sarranis est, Tyri opum tingentur. Virg. lib. 2. Georg. - & Sarrano dormiat ostro. Juvenal. - aut pictae Sarranae fecerem Ex humeris aulicae togae.

Sarraceni, *Ἰσραήλ*. Nomen est duarum urbium, quarum una est in Media, altera in foelici Arabia. Vide Ptolem. libro sexto, capite 2. & 3.

Sarraceni, *Ἰσραήλ*. Populi post Nabathaeos a Sarraca (ut Stephanus inquit) quae est pars Arabiae. Plin. lib. 7. cap. 28. Nabathaeis Thumangos juncturunt veteres: nunc sunt Taveni, Suelini, Sarraceni, Arraceni.

Sarrastres, Populi Campaniae, Sarro anni vicini: a quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. Aeneid. Sarrastres populos, & quae nigrae aquora Satrus.

Sarsina, *Ἰσραήλ*. Vetus civitas in Aemilia, ex qua Plautus poeta Comicus ortus est: unde & Sarsinas appellatus est: quanquam a doctis quibusdam Farcinas, non Sarcinas vocetur. Lacte abundat, ut testatur Silius lib. 8. his Sarsina dives Lactis, &c.

Sasos, *Ἰσραήλ*. Insula est inter Epirum & Brundisium, quinque ab utroque millia passuum distans, ut ait Strab. lib. 6. Est & fluvius in mare Adriaticum influens: de quo Silius: Adriatici fugite insulas Sasos arenas. Et alibi: Expavit sonitus tremefacto litore Sasos.

Sasaguta, *Ἰσραήλ*. Populi in Scythia Asiatica, ut lib. 4. testatur Herodotus.

Satarchae, *Ἰσραήλ*. Populi in Scythia Europaea, iuxta Maeotidem, qui (ut Solinus refert) damnato auri & argenti usu, se a publica avaritia abdicarunt. Horum oppidum fuit Myrmecion, Panticapaeum, Theodosia, Hermisum, aliaque, nonnulla, quae vide apud Melam, lib. 2. in descriptione Scythiae Europaeae, Placcus lib. 6. Argon. Flavirines Satarchae.

Sataspes, *Ἰσραήλ*. Vir Achaeus fuit, Theaspis filius, qui quum Zopyri filia violasset, & ob eam rem a Xerxe cruci destinatus esset, interfectione matris, quae Darii erat soror, impetravit ut in exilium ageretur, donec Africa universam lustrasset. Quumque iam aliquot menses illa in peregrinatione consumpsisset, navigationis radio adductus, in Persidem rediit: Regique tetulit, sese reliquum itineris conficere non potuisse, quod naves a magneticis retineretur. Quod quum Xerxes fabulosum videretur, hominem, ut antea destinarat, cruci affixit. Vide Herod. lib. 4.

Saticuli, Populi Campaniae moribus asperi, de quibus Virg. 7. Aen. - amnisque vadosi Accola Vulturini, pariterque Saticulus asper.

Satre, Populi Graecorum in littoribus Thraciae, ut ostendit Herodotus suae historiae lib. 7.

Saturio, *Ἰσραήλ*. Nomen est parasiti apud Plantum in Persa, captandi joci gratia a cibatio impostum. Solet enim hoc hominum genus perpetuo clurire, & nunquam saturum esse. Unde quum Toxilus servus tum Saturonem salutasset: respondet parasitus: Mendacium a depol dicit, atque haud te decet. Nam Esurio venio, non advenio Saturio.

Satur, *Ἰσραήλ*. quae & Pontina, iuxta Ciceronem fuit, XXXIII. olim urbium locus, ut ex Mutiani sententia tradit Plin. lib. 3. cap. 31. Haec ad viam usque Appiam pertinebat, ubi & navibus trajiciebatur, inter Appii Forum, & Anxurum. Virg. 7. Aen. - quae Iupiter Anxurus arvis Praesidet, & viridi gaudens Feronia luto: Quae Saturi jacet alta palus, gelidusque per imas Quaeque iter valles, atque in mare conditur Vtens.

Saturium, sive Satureium *Ἰσραήλ*. Verbs Calabriae fuit, non longe a Tarento. Stephanus quoque autor est, regionem Tarento vicinam Satarium, sive (ut ipse scribit) *Ἰσραήλ* nomen. Sunt tamen qui Saturum legant, de quo aliquid supra in dictione SATYR.

Saturiana, *Ἰσραήλ*. saturejana, saturejanus, possessivum. Horat. lib. 1. Sem Satyr Me Saturejano vestari rura caballo.

Saturinus, *Ἰσραήλ*. Latini oppidum, a Saturno conditum. Virg. 4. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.

Saturiniana colonia, Tuscorum in his mediterranea Ptolemaeo lib. 3. cap. 1.

Saturiniani, Heretici a Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem, inscio Deo, fecisse dicebant.

Saturinibus, Tribunus plebis fuit seditionis, qui quum perniciosis legibus, Republicam perturbaret, sumptis ex Senatus consulto armis, in Capitolio occisus est a Scerva quodam Quotoniae servo, cui idcirco libertas praemio loco data est. Fugerunt multi post annis, quae a C. Rabirio occisum dicerent: quo nomine ille a T. Labieno in iudicio vocatus, & Perdoellionis reus factus, a Cicerone defendus est pulcherrima illa oratione, quae pro Cajo Rabirio Posthumo perdoellionis reo inscribitur.

Saturinus, Mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus est.

Saturius, *Ἰσραήλ*. Ger. Ein Stein, der die Velle, ein Vater laßt, und lunaria. A potius fingitur fuisse antiquissimus deorum, qui ex Ope conjuge genuit Iovem, a quo postea caelo pulsus est. A Graecis dicitur *Ἰσραήλ*, quasi *Ἰσραήλ*: hoc est, tempus. A Latinis autem Saturnus, quod annis saturatur, ut ait Cicerō de Nat. deor. vel quia se in devorandis filiis saturavit. Ex se enim natos comedisse fingitur: quia consumit aeras temporum spacia, annisque praeteritis insaturabiliter explet. Ovid. Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetulas, Omnia destruit, vitataeque dentibus aevi Paulatim lenta consumit omnia morte. Sunt qui Saturnum a saty deducant: quoniam peritiam ruit, & satyrum omnium primus edocuisse fertur. Quisdam ab eo quod Graeci *Ἰσραήλ*, membrum virile nominant: propterea quod patris pudenda abscessit, atque in mare projecisse dicitur: unde Venetiam procreatae ferunt, quae a spuma, unde coaluit Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem majorem natu, qui quum parenti succedere vellet, animadvertens matrem, sororemque Saturno magis favere, regnum ipsi concessit: ea tamen lege, ne Saturnus prolem masculam tollerent, ut regnum ad suam prolem rediret. Saturnus igitur quum plures liberos devorasset, nati sunt gemini Iupiter & Iano: tum mater Iunone Saturno ostendit, Iovem vero clam nutriendum ablegavit: adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulsu obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur, Saturno dicitur, quum ille puerum deposceret, ut & ipsum devoraret, Opia lapidem ei ostendit panis involutum, eumque partu illo se editum simulabat: quem ille acceptum sine mora devoravit.

Neptunum quoque, clam Saturno Opis peperit, quem similiter clam educari curavit. Tertio rursus geminos enixa est, Plutonem & Glaucom: ubi rursus Glaucom Saturno ostendit, Plutonem abscondit. Verum detecta tandem fraude, quum Titan recessisset, fratri prolem masculam, suamque ea ratione regni successione pulso esse, cum filiis, qui Titanes a patre cognominabantur, bellum adversus Saturnum suscepit, illumque de Opem sororem captos, muro inclusit: sed a Iove filio devictis Titanibus liberati sunt. Porro Saturnus ex oraculo edocuit, fore ut a filio regno pelleretur, quum ab hoc Iovi insidias strueret, ad eo regno pulsus, in Italiam profugit, ubi diu apud Ianium regem latitavit: unde ea pars Italiae Latium dicta est. Hoc regnante aetatem auream fuisse fabulantur, terramque sua sponte expertem vomeris & aratri peperisse fruges: communes, & nullis designatis limitibus agrorum possessiones fuisse.

Saturus, a uno patre Saturnus dicitur, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturni dicitur, filia Saturni, *Ἰσραήλ*. Versus quoque quos olim Fauni, vatesque canebant, Saturnios antiqui nominabant, ut ait Varro.

Saturalia, *Ἰσραήλ*. Ger. Die Fasttag Saturni, so man in Rom hiet in Weßnerat. Pol. *Ἰσραήλ*. Festa septem, seu quinque dierum mense Decembris Saturno dicata, quibus Romani synthesin vestem sumebant, servisque discumbentibus interiebant, muneribus, ultro, citroque mitis, remittebantque solabant. Sueton. in August. Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo muneribus dividebat, modo numos omnia noxia.

Saturalia, *Ἰσραήλ*. Saturnalia, saturnalium. Quod ad Saturnalia pertinet, *Ἰσραήλ*. Martial. lib. 5. Saturnalia iugulam misisse felibae. Saturnalia noces, apud eundem, lib. 6.

Satyrus, Vide in APPELL.

Satyrorum insula, *Ἰσραήλ*. Sunt contra tres Indiam extra Gangem litae, sicut Ptole. lib. 7. scribit: quarum qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

Satyrus, Fluvii nomen in Aquitania, cuius meminit Lucanus R 5 lib. 3.

lib. 1. tunc rura Nemctis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curvo, &c.

Savo, onis, Fluvius est in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Savona, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Sabbatium, Plin. Sabbatia Pompon. Vrbis Liguriæ notissima: Vulgò Savona.

Saurōmāta, penult. cor. *σαυρομαται*, Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur quorum alii Asiatici sunt, alii Europæi, Tanais de fluvio discreti: de quibus vide plura supra in dictione SARMATA.

Sauris, Nobilis statuarius, cujus opera commemorat Plinius lib. 16. cap. 5.

Saus, [*σαυ* Ptolemæo. German. *Die Sau* in Rugen.] Fluvius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido (hodie *Albam Gracam* vocant) in Danubium prolapsus.

Saxōnēs, *σαξωνες*, Illustres Alemanicæ populi, qui Angelæ Regni auspicio Angliam devicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inuis constituit, lib. 3. cap. 11.

Saxum ferratum, & Saxoforatum, teste Volaterrano, Oppidum in Piceni, atq; Vmbriæ finibus situm ita appellatū à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquæ ostendunt. Sentinum, *σηνινας*, à veteribus dicebatur, à Sentino amne juxta mœnia labente, quem nunc quoq; incolæ *Sentinum* vocant.

S ante C.

Scæ portā, *σακω* à *σάκω*, Vrbis Trojaniæ portā fuit, fatali Laomedontis sepulchro nobilitata: ita dicta (ut Grammaticis placet) quod ad sinistram: hoc est, Occidentale urbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum spectant dextra; quæ Occasum sinistra dicuntur. Strabo tamen libro 13. videtur sentire Scæ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuisse ostendit Virgil. 3. Aeneid. & arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco, Scæque amplector limina portæ.

Scævola, *σακωλα*, Quinti Mutii cognomen fuit, inde tractum, quod ex quo in Possexiæ castris dextram exussisset, ejus loci sinistra fuerit usus: *σακωλα* Græci enim sinistram vocant. Unde Scævæ, & per diminutionem Scævola dicti sunt, qui sinistra dextræ loco utebantur. [Germ. *Em tustant*] Aliam hujus nominis causam adducit Varro lib. 6. de lingua Lat. Pueris, inquit, turpicula quædam res in collo suspenditur, ne quid oblit bonæ scævæ, inde Scævola appellatus.

Scalabis, *σαλαβις*, Lusitaniæ oppidum, alio nomine Presidiū Iulium appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 22. Vulgò *Trogis*.

Scaldis, [German. *Die Schelde*] est in *flus* in *Drabant*] Insignis fluvius est in cōfinio Germaniæ & Galliæ Belgiæ: quas regiones suo alveo ad Septentrionem determinat, Antuerpiam clarissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstium refluxus, & bisseis quotidie horis versus caput recurrens. Plin. lib. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem capite decimotertio: Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium, Germanicæ accollunt gentes, haud explicabili mensura.

Scamānder, *σαμανδρος*, Fluvius Trojæ, ex Ida monte descendens, quem Hesiodus *Σανος* *σαμανδρος* id est, divinum Scamandrum appellavit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus innuit, quū cum ab hominibus quidē Scamandrum, à diis vero Xanthum vocari ait, suo more vetustiore appellationem diis, recentiore hominibus assignans. In hoc fluvio sponte jam nupturæ sese abluebant, Scamandrum nominatum his verbis invocantes: *σακωμανδρος* *τιδω* *μακροχολω*. Qua occasione usus Cimon quidam Atheniensis, quum Calistoës generosæ puellæ amore teneretur, quæ jam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultavit, caputq; arundine coronavit: quumq; illa ex more lavaretur, carmenq; soleane caneret, Scamandrum, ut virginitatem suam acciperet, invocans, Cimon è virgultis prosiliens: Ego verò (inquit) accipio lubens, virginemque in ripam sustulisti: & vitium ei obtulisti. Vide hæc de re plura in Epistol. Aeschiniæ. Fuit & Scamander nomen filii Hectoris & Andromachæ: quem tamen Trojani Aslyanacta: hoc est, civitatis principem vocare maluerūt, Hectori id honoris tribuentes, cujus virtute illum novem perpetuos annos fortissimè erat defensum. Vide Homerum quinto Iliad.

Scamāndriā, *σαμανδρια*, Vrbis parva à portu Iliensium parum remota. Plin. lib. 4. cap. 30.

Scandinaviā, Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib. 4. cap. 13. incompenæ magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellaverūt: nonnulli etiam Officiant gentium, eò quod incredibilem mortalium vim identidè effuderit, qui ad querendas novas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie saeva constat in-

fulam non esse, sed ad ortum supra Livoniam contineri ad hærere. Tenent eam Suedi, Noitregi, Gochi, innumeraeque alia barbaræ gentes.

Scaptenfūla, inquit Festus, Locus in Macedonia, ubi argenti fodi solebat. à *σακω* fodiō. [Polon. *Gora polska kopia scyphus*] Lucrer. lib. 6: Quales expirat Scaptenfūla subter odorem. Rostius tamè videtur Scaptesfūla legi posse, sine n. Apud Stephanum enim scribitur *σακωπενουλα*, quoniam ille in Thracia, ab in Macedonia, eam collocet. Quod discrimen nō est magni momenti: quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conveniat de Macedonia, Thraciæq; terminis, aliis Strymone amne, aliis Nesso eas terminantibus.

Scāptriā, Latii oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5. à quo Scaptea tribus.

Scārdōniā, *σακωδωνια*, Insula in mari Adriatico, adjacenti Illyrico, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Colentum & Arba. Vulgò *Scardo*.

Scārpheā, sive Scarphia, penult. prod. *σακωφια*. Insula Hælladæ adiacens in mari Aegeo, non procul ab Attica, de qua Plinius lib. 4. cap. 12. Est & Scarphia urbs Locrocorum Epicnemidiōis, decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scavorum familia Romæ in primis illustis fuit: ex qua fuit Marcus Acmylius Scaurus, princeps Senatus, cujus patrem ad eò inopem tradunt fuisse, ut carbonariam vitæ sustinenda causa exercere cogereur. Quinetiam Marcus ipse pimum addubitalle fertur, num ad argentariam sese, an potius ad forum & curiam conferret. Verum quum eloquentiæ semper studiosissimus fuisset, foro magis idoneus sibi visus, brevi magnam sibi gloriam peperit. Ex cetero quidem magistratus ex ordine adeptus, ita eos gessit, ut Consulatu dignissimus videretur. Magno itaq; nobilitatis studio Consul factus, Ligures & Cantabros domuit, & de his triumphavit. Censuræ deinde creatus, Acmyliam intravit, pontemque Acmylium extruxit. Filium suum, quod in saltu Tridentino hosti loco crederet, in conspectum suum venire vetuit, quod tam agrè tunc adolecens, ut sibi spontè necem conficeret. Idem in Africam legatus missus, ut lugurtham ab oppugnatione Cirtib; & obliatione Adherbalis avocaret, qui re infecta rediisset, Senatus auro fuit belli adversus lugurtham suscipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calpurnii Bestiæ legatus esset, avartia quoq; ejus & rapinarum particeps creditur extinxisse: quæ res, vitæ antea splendori haud exiguum offudit labem. Scaurus alter, superioris filius, & Syllæ privignus fuit: de cujus Aedilitate sic scribit Plin. libro 30. capite 14. Non patiemur duos Cajo, vel duos Nerones ne hæc quidem gloria famæ suæ docuimusque etiam infamiam eorum victam privatis operibus M. Scauri, cujus nefcio an Aedilitas maximè prostraverit mores civiles, majusque sit Scyllæ malum tanta privigni potentia, quam proscripio tot millium. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximum omnium quæ unquam fuerunt humana manu facta, nō temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine CCCXX. columnarum, in ea civitate quæ sex Hymettiarum non tulerat sine probro civis amplissimi. Ima pars scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxurie. Summe tabulis inauratis columnæ, ut diximus: ima duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum octoginta millia, quum Pompeii amphitheatri, toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficit largè XL. M. Sed & reliquis apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant, quædiani usus delicias, incensa villa ab iratis tervis concinnaretur ad festentium millies. Hæc Plinius. Fuit præter hoc & Aurelius Scaurus, qui quum legatus adversus Cimbricos insensiter pugnasset, suo exercitu vivus in hostium manus pervenit. Quumque ab iisdem in consilium adductus, de ratione belli advertit Romanos gerendi interrogaretur, magno per se diffusit ne Alpes traicerent, populum Romanum bello insuperabilem esse asserens: quod ejus responsum tanta indignatione excepit Bolus, hostilium cõpiarum rex, ut protinus impetu in eum facto, multis vulneribus eum conflixerit.

Scenitæ, [*σακωιται*. German. *Wider des gluckstunigen Landes Arabie*, s. *under Hantzen wohnen*.] Cognominati sunt quidam Arabiæ populi, *σακωι* *σακωι* hoc est, à tabernaculis, sive tentoriis in quibus habitant (ut inquit Solinus) ex caprarum pulvis contextis. Hi à carnis fuisse etiam abstinent: totusq; ille Arabiæ tractus sibi ad eò est inimicus, ut eò aliunde invectum iterum oriuntur. Plin. lib. 9. cap. 28. Nomades, infelatoresq; Chæloorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominati, quæ cilicis mercantur sibi libet.

Scēpis, *σακωπις* Stephano, Duorum oppidorum nomen est in Thracia, quorum alterū ultra Cedreum suum erat, ad excel-

fiorum